



**Commentariorvm, Ac Dispvationvm In Primam Partem
Sancti Thomæ Tomvs ...**

Complectens Quæstiones à XXVII. vsque ad LXIV. & à Quæstione CVI.
vsque ad CXIV.

Vázquez, Gabriel

Antverpiæ, 1620

Dispvt. CXIII. Quænam processio in diuinis sit generatio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-81000](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-81000)

Quænam processio in diuinis sit generatio.

Definitio generationis, cap. 1.

Verbum diuinum vere esse genitum & Filium; sed spiritum sanctum non item fides Catholica docet. c. 2.

Cur spiritus sancti processio non sit generatio, rationes v. tres, cap. 3.

Rationes Bonaventura, Durandi, Scoti, Agidij de calen re, cap. 4.

Ratio Caietani, Ferrarij & aliorum Thomistarum, cap. 5. Refellitur ratio precedens, cap. 6.

Vera ratio, cur verbi processio sit generatio, non item processio spiritus sancti, cap. 7.

Diluntur argumenta contra hanc posteriorem rationem, cap. 8.

CAPVT I.

Definitio generationis.

VT inter diuinas processiones, quas hactenus assignauimus, discernere possimus, quæ sit generatio, prius explicanda nobis est vera generationis definitio. Præmittimus autem bñariam sumi posse generationem, vno modo generatim, altero speciatim: generatim est quæuis mutatio substantialis matæ, ex vna forma in aliam, quæ tam viuientibus, quam inanimatis rebus conuenit: speciatim vero est, quæ solum in viuientibus reperitur: hæc autem sic definitur consuevit. *Origo viuientis à viuente à principio coniuncto in similitudinem naturæ, quam de finitionem tradit S. Th. in art. 2. huius questionis & 4. contrag. cap. 1. sed singulas partes explicemus.* Prima est, *viuientis à viuente*, quæ distinguitur à generatione in viuendum, quæ in non viuientibus reperitur. Secunda est, *à principio coniuncto*, hoc est decia aliqua parte naturæ, seu substantiæ, quæ fiat generatio, vt semine. Tertia est, *in similitudinem naturæ*; hæc veropertem varie explicant doctores. Quidam intelligunt genitum debere procedere in eadem natura substantiæ, vt vere genitum, & filius dicatur. Alij per similitudinem intelligunt imaginem, vt infra cap. 7. explicabimus. Ex hac definitione colligit S. Th. pilos & capillos non generari, necesse filios: quia licet procedant viuentes, & à viuente: non tamen procedunt in similitudinem naturæ: verumtamen tam vngues quam capillos non viuere, verius est. Quod si viderent, alia quidē ratione non dicerentur geniti, nec filij, quia scilicet essent partes eiusdem viuientis, ideoque non procederent sicut viuens à viuente à principio coniuncto, scil. semine deciso: sed per extensionem quandā eius substantiæ, & naturæ producerentur. Nec enim dissimiles essent in natura substantiæ, cū eadem forma animalis viderent, tamen in organo & instrumentis vitæ differrent, quandoquidem non sentirent, sicut ossa. Fieri namq; potest, vt eadē anima rationalis tribuat alicui parti generis substantiæ viuientis, sentientis, & rationalis: non tamen operationes sentiendi, & intelligendi, hoc est non tribuat instrumenta ad sentiendum, & ad intelligendum, vt videmus in ossibus. Neq; citandū intellectum, vt videmus in ossibus. Neq; enim dici potest ossa alia anima viuere, quam rationali, cum sint partes integrantes hominē & a homine non sit nisi vna anima, & forma substantiæ, Neq; vero anima rationalis tribuere possit gradum

peculiare actus notionales diuini, vt simul & producant terminum, & producendo, ipsum intelligant, aut diligant, quod nulli intellectiōi, aut dilectioni creatæ conuenit. Nam in humano intellectu, & voluntate longe diuerso modo res se habet: licet enim intellectus noster vi sua aliquid in se producat, speciem scilicet expressam rei intellectæ, quam communiter verbum appellamus ipsa tamen productio, aut fieri speciei expressæ non est intellectiō, nec illam ego dictionem appellarem: potius in nobis intellectiō est ipsamet qualitas speciei expressæ, quæ est actualis & viuæ rei repræsentatio: atque intelligere formaliter nihil aliud est, quam illa specie expressa informari intellectu, quæ etiam terri dicitur intellectus in rem repræsentatam per modum actionis, quam vocant grammaticalem. Similiter species expressa est dictiō ipsa: intelligere enim, & dicere rem, aut intellectu enunciare idem videntur esse. Potest etiam dici verbum, non quia ipsum dicatur ab intellectu, sed quia rem, quam intelligimus, eo dicimus: nam & verbum vocis est, quo res significata dicitur: nisi quod interdum verbum pro re dicta, nonnunquam pro ipsa dictione usurpatur, de qua re fufius tractabimus disp. 141. c. 4.

Cur species expressa sit dictiō, & verbum.

Quo differat productiō verbi creati & increati.

14. Fundamentum huius diuersitatis

Modus quo philosophamur de intellectu diuino, nisi mysterium Trinitatis esset reuelatum. Canar.

Quocirca non potest plena similitudo deduci ex nostro intellectu, vt intelligamus æterni verbi productionem: hæc enim peculiare illud habet, vt simul sit productio verbi, & intellectiō eius, quod producit, nostra vero intellectiō est verbum ipsum, lquo formaliter intelligimus, & dicimus rem, ipsum vero nullo modo intelligitur, nisi cognitione aliqua super illud reflexa. Cogimur autem diuerso modo de verbo Dei & de nostro philosophari, quia cum pater intelligat in verbo suo omnia, quæ cognoscit intellectiōe notionalis, intellectiō notionalis non potest esse ipsum verbum, alioquin iam pater esset sapiens sapientia genita, veluti forma, quod est falsum, vt disp. 151. c. 6. ostendimus. Vt ergo in se ipso sit sapiens, & intelligens etiam intellectiōe notionali, ponimus in patre intellectiōem actiuam notionalē, & hæc dicimus esse generationem actiuam, quia vero nos sumus sapientes qualitate nobis inherente, & verbum nostrum nobis inheret, ideo ipsum verbum expressum virtute nostri intellectus dicimus esse ipsam cognitionem, quæ sumus sapientes, absque vilo absurdo. Quomodo vero illa qualitas sit intellectiō, ex parte diximus disp. 38. c. 2. sed de hoc iterum disputat. 141. cap. 3. quare operæ pretium existimaui, hic nihil agere de nostri verbi productione, de qua late disputat Canar. sed ea disputatione nunc supersedere, tum quia huic non est omnino similis productiō verbi diuini, tum etiam quia quamuis concedamus in nobis produci verbum, non ideo probatur in Deo etiam produci, licet Deo concedamus veram intellectiōem, nisi enim fides doceret contrarium, posset quis, sicut antequam mysterium Trinitatis reuelaretur, concedere in Deo intellectiōem, sed eam esse ipsamet essentiam Dei, non autem productionem alicuius verbi.

gradum substantialem viuientis, qui genericus est quin tribuat etiam animalis, & sentientis, qui est inferior: & tribuat gradum hominis seu rationalis, qui est in atoma speciei: quia cum forma sit indiuidua, tribuit omnem gradum substantialem materię indiuiduum, & particularem a supremo genere usque ad infimam speciem.

Deinde ex eadem definitione sequitur, Etiam non fuisse genitam ab Adamo, nec filiam eius, nō quia illa modo supra naturā fuerit producta: hoc enim satis non esset, si alioquin omnes partes definitionis in ipsam conuenirent: sed quia non est producta à principio coniuncto: hoc est deciso semine virtute ipsius viuientis: sed sumpta costa ab ipso Deo, veluti materia, in quam virtute sua infinita abique alia viuientis dispositione animam infudit. Videtur autem prædicta definitio ex varijs locis Arist. à nostris Theologis compacta. Nam quāuis 5. Phys. tex. 7. generationem latius definiat quatenus est mutatio de nō subiecto in subiectū: tamen 8. Ethicorum ca. 12. ait, genitū coniunctum esse gignenti: vnde colligunt partem illam definitionis, *A principio coniuncto*, & 7. Metaph. cap. 8. & 1. de generatione animalium cap. 1. & 2. de anima cap. 4. docet, generans esse simile genito, & cōtra. Ex his locis definitionem prædictam colligit S. Thom. 4. contra gent. cap. 11. Sed quidquid sit de mente Arist. definitio merito Theologis nostris probatur, eamque recipiunt cum S. Th. Caiet. & Canarien. & alij eius discipuli in 2. art. Gab. in 1. d. 13. q. 1. art. 1. licet alijs verbis ea tradat.

Est tamen contra prædictam definitionem argumentum huiusmodi Equus generat mulum, & citat pater illius, & tamen non sunt in eadem natura similes: ergo definitio illa non est bona. Respondet Canar. ar. 2. par. 2. commentarij, quod ad nostrum attinet institutum, satis esse, si recte probet S. Th. filium esse genitum, quia procedit viuens à viuente in similitudinem naturæ, omne enim, quod hoc modo procedit, est filius, tamen si non omnis filius hoc modo procedat. Sed hæc solutio, quā ipse adhibet argumento, posteriori loco, minus sufficiens est. Quia cū hic inuestigamus verā generationis definitionem, ita eam debemus assignare, vt omni, & soli definitio cōueniat, alioqui quomodo diceremus, verbum Dei esse filium illius, quia est viuens à viuente, &c. si illa nō est vera filij definitio. Melius ergo responderet idem Canariensis priori loco, definitionē intelligendam esse de generatione quæ non est ex accidenti, & præter naturam, aut monstrosa, sed de generatione naturali, quæ frequenter contingit. Colligit vero hanc solutionem ex Arist. 7. metaph. cap. 8. tex. 28. vbi ait, *Quoniam in quibusdam est manifestum, quod pater similis est filio, non sunt idem aut vnum numero, sed vnum forma, sicut est in rebus naturalibus: homo enim generat hominem, si non fuerit aliquid extra naturam, vt equus generans mulum.* Alij colligunt prædictam solutionem ex secundo de anima cap. 4. vbi docet, esse naturale viuentibus generare sibi simile, quando animal est perfectum, nec membris captum, aut sponte suæ femine natum. Quare cum generatio muli sit præter naturam, & monstrosa, non est mirum, si ei conueniat definitio generationis.

Verum mens Aristotelis illis locis non est, exponere naturam, & definitionem veræ generationis, sed explicare quid animantibus conueniat, vnde quæ in 1. partem Tom. II.

cum generant, nempe generare sibi simile, nisi defectus aliquis intercedat, an vero ijs, qui hoc modo producantur, conueniat ratio generationis, & filij non definit. Ergo dicemus ad argumentum vel illam partem, *In similitudinem naturæ*, conuenire perfectis generationibus solum, & naturalibus, non monstrosis, vt inde colligamus, quæ sit in Deo vera generatio, & quæ persona vere sit filius, cum nihil in Deo præter naturam & imperfectum, aut monstrosam esse possit, aut illam partem non significare vnitatem naturæ adhuc specificæ, sed imaginem naturæ patris, mulus autem & quoduis animal genitum, etiam si prodeat diuerse naturæ, imaginem aliquam præfert generantis, vt capite 7. explicabitur, & quo maior fuerit imaginis expressio eo perfectior erit filius & generatio. Quare mulus multum degenerat à natura filij, quia minus perfecte exprimit naturam patris, exprimit tamen aliquo modo & ita est aliquis illius imago, & filius, etiam si sit diuerse naturæ specificæ. Durand. vero in 1. d. 4. q. 1. na. 8. ita definit generationem, *Genitū (inquit) illud est quod ab alio accipit esse, & naturam modo naturæ, modum autem naturæ ait esse, quando vnus est ab vno, & non à duobus, quod ipse latius explicat dist. 6. qu. 2. & nos infra examinabimus cap. 4.*

Aliam definitionem, quam Ioan. Maior in 1. d. 13. q. 1. post medium concinnauit, placuit in præfati subijcere, *Generatio (inquit) est productio non de nihilo, alicuius viuientis cognoscens, ab aliquo eiusdem naturæ numero vel specie, siue res habeat esse post non esse, siue semper habeat esse, sic scilicet quod res producta, quando est generatio, potest sic facere in productione, sicut res generans, Prolixæ sane definitio, explicat tamen aliqua, quæ licet in priori definitione non exprimentur, facile, intelliguntur, quale est illud, siue genitum habeat esse post non esse siue semper habeat esse. Nam cum dicit prior definitio. *Est origo viuientis à viuente*, vniuersè loquitur, siue origo sit æterna, siue in tempore incipiat. Eodem modo in hac definitione dicitur, *Eiusdem naturæ numero, vel specie*, quod addit propter diuinam generationem, quæ sit in eadem numero natura, id vero in priori etiam definitione recte intelligebatur, in ea parte, *In similitudinem naturæ*, ac si diceretur, in eadem natura, siue numero, siue specie. Addit deinde Maior in sua definitione duo alia, quæ in priori non videntur contineri. Vnum est, generationem debere esse non solum viuientis à viuente, sed etiam animalis & cognoscentis, à cognoscente, qua ratione in alijs viuentibus, vt in plantis non est generatio filij, nec enim *Na arbor alterius dicitur filia, etiam si ex semine illius in eadem natura fuerit producta.* Et quamuis vulgo dicantur filij arboris, vel diuini, aut etiam herbæ germina, seu ramusculi, qui ex eadem stirpe prodeunt, proprie tamen non sunt filij, siue hanc, siue priorem definitionem sequamur. Nam Filius supposito debet à patre differre, illi vero ramusculi eidem stirpi coniuncti sunt.*

Alterum, quod addit Maior in sua definitione, *Filius habere debet productionem, hoc est, in eadē natura secundū speciem, siue in alia, esse tamen filium, si possit ipse quoque generare, & aliū producere.* Qua parte excludere vult à ratione filij Spiritum S. eo quod ipse ita producat, vt ex proprietate personali ei non cōueniat, aliū producere. Hæc autem pars definitionis

Mulo conuenit ratio filij.

6. Generationem definit Durand.

Maioris definitio prolixæ, vera tamen.

Planta non dicitur filia.

7.

Filius habere debet generationem, potentiam.

Rica. Viā. Obiectio.

C 2

tionis

tionis desumpta est ex Ricardo de S. Victore 6. de Trinit. c. 16. & 17. de qua inferius dicturi etiam sumus. Obijcit tamen sibi Maior hac ratione: Mulus non potest producere alium, sicut ipse productus est ab equo, ergo non est filius equi. Respōdetur, satis est, ut sit filius, si ex proprietate suæ naturæ ei conveniat generare, ut reuera convenit: licet ex aliquo accidenti non conveniat, ut inter homines interdum accidit: mulos autem fecundos aliquando fuisse ad generandum, experimento constat: imo in Asia frequenter generare, affirmat Theophrastus.

CAPUT II.

Verbum divinum vere esse genitum, & filium, sed Spiritum sanctum non item, fides Catholica docet.

Nlli Catholico dubium est, verbū divinum secundam Trinitatis personā vere esse genitum, & filium, eiusque processionem esse generationē: colligitur enim ex aliquibus scripturæ testimonijs. Esa. 53. dicitur, *Generationem eius quis enarrabit?* quem locum fufius tractavimus disp. 18. c. 7. Aliqui etiam probant ex illo Plal. 2. *Ego hodie genui te*: verum locum illū non intelligi de æterna filij generatione, sed de Christi resurrectione, ostendimus supra eadē disp. c. 3. probatur tamen ex illo Plal. 109. *Ex vtero ante Luciferum genui te*, vbi sermonem esse de Messia dubium non est: cum & Paulus ad Hebr. 5. de Christo intelligat illud eiusdem Plal. *Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech*. & Mat. 22. adduxerit Christus illud eiusdem Plal. *Dixit Dominus Domino meo*: ad probandum ita Messiam esse filium David, ut etiam scillius Deus, & Dominus. Illis ergo verbis: non solum exprimitur generatio filij, sed quam proprie fit ostenditur, cum dicitur, *Ex vtero*, quod Theologi in definitione generationis dicunt à principio coniuncto. Præterea Ioan. 1. dicitur, *Vidimus gloriam eius, gloriam quasi vngenti à patre*: deque enim particula *quasi*, est diminuens, nec solius similitudinis nota, sed Phrasi Hebraica veritatem ipsam significat, & ita eodem c. iterum dicitur *vngentus*, absque ea particula, *Vngentus qui est in sinu Patris*. &c. Vbi etiam proprietas illa generationis, esse scilicet à principio coniuncto, denotatur, cum dicitur filius esse in sinu patris. Mitto alia loca veteris testamenti, in quibus dicitur genita sapientia, & quæ hæcenus allegata sunt, nobis sufficiant.

Sed quāvis filius Dei vere dicatur genitus, notant tamen aliqui, non posse genituram appellari quia Basil. lib. 2. contra Eunomium. aliquantulum à principio reprehendit ipsum, quod filium genituram appellaret. Ego sane non dubito filium non posse geniturā dici, eo quod genitura non significat re genitam, sed actum ipsum parturiendi, & originem, filius autem non est origo, sed origines à patre nascitur, verum tamē testimonio illo Basilij nihil probatur. Ille enim Græco sermone scribēs, non de nomine Latino. *Genitura*, sed de nomine Græco *γέννησις*, cōtra Eunom. disputavit, & probavit, verbum Dei appellandum esse, aut Græco nomine *υἱός*. hoc est, filius, aut *τέκνον* hoc est, nativus, non autem nomine illo Græco *γέννημα*, quod latine redditur, *fatus, germen, fructus, progenies*. Impugnatur autem Basilij Eunomium primo, quia ipsa Scriptura tali voce utitur. Secundo quia nulla mater, aut pater filium suum tali nomine con-

fuevit vocare: sed vno ex alijs duobus. Tercio quia nomen genericum est, & tam de fætu nondum formato, & abortu eiecto, & de quolibet gemine, etiam non sentiente, quam de filio naturaliter nato dicitur, quo sensu vinum dicitur genimen vitis, Marc. 14. vbi est idem nomen Græcum. De animalibus vero ratio dicitur, nisi de ijs, quæ improbata sunt, & in imaginē pravitatis assumuntur, sicut Matr. 3. & Luc. 3. Inde vocantur à Ioan. Baptista gemina vipera: vbi prædictum nomen Græcum ponitur, quare interpret Basilij non recte vertit *genituram*.

Nihilominus tamen Nazia, vir magnæ autoritatis oratione 2. de filio. quæ est 4. de Theologia, & nunc in ordine 36. non longe à fine nomine Græco *γέννημα*, filium æterni Patris appellat, vbi latine ait, *Domus quæ Israël omnia cognoscit*, hunc Dominum eundem ac Christum à Deo factum esse. Hanc enim factus est opera quidem eius, qui genitus est, & hanc voluntate genitoris, Pro illis verbis, *eius, qui genitus est* Græce est, *οὗτος* Mat. 10. Vtut etiam oratione 35. post numerum 10. hoc eodem nomine, vbi dicitur, *horum autem alter soboles*, sed ut ait Athanas. orat. 3. contra Arrianos post quatuor folia, Arriani multoties confundebant hæc duo, *γέννημα*, & *οὗτος*, hoc est genitu & factu.

De finita est autem eadem veritas ab Ecclesiæ Concilijs omnibus, in quibus decernitur æqualitas substantialis filij cum Patre, & ita in symbolo Niceno filius dicitur, *genitus*, non factus: & in symbolo Athanasij similiter.

Ipsū ex prædictis definitionibus generationis aperte colligitur, ut percurrentes angulus eius partes demonstrabimus. Filius enim vere procedit à Patre, vivens & cognoscens à vivente & cognoscente, ut constat, & à principio coniuncto, quia accipit eandem numero naturam à Patre; quo mirum in modum excedit alias generationes animalium, quæ sunt parte aliqua substantia, seminis videlicet decisa, & diuisa generant, & Pater æternus ita producit Filium, & sibi coniungit, ut ei suam esse naturam, & naturā indiuiduam communicet. Et in hunc sensum explicant illud Plal. 109. *Ex vtero ante Luciferum genui te*, Aug. ibidem, c. 1. *Vngentus, qui est in sinu Patris*. Convenit etiam pars illa, in similitudinem naturæ, aut quia eiusdem naturæ est cum Patre, aut quia est illius imago, hæc enim pars restat adhuc nobis explicanda, cum de illa præsertim sit futura nobis hæc disputatio, id tamen omnibus certum est, hanc partem, quocunque modo illa explicetur, recte convenire filio. Observandum autem est, nomen filij, & generationis ita ad Deum transferri, ut non metaphorice, sicut ita & membra corporæ, sed proprie tribuatur ablati solam imperfectiōibus, quæ non videntur ad rationem formale generationis, & filij essentialiter pertinere, ut quod filius pendat à Patre, ut à superiori causa, & pater solum substantiæ illius accipiat, & alia huiusmodi. Quod vero aliqui Ecclesiæ Patres nomen generationis, sicut alia multa dicunt Deo proprie convenire, sed similitudine quadam satis sapienter à nobis explicatum est supra disp. 11. cap. 4.

De Spiritu sancto eodem modo certum est, non esse genitum, quare eius processio, non dicitur generatio, sed nomine communi procedit.

Solutur.
8.

Theophr.

Esa. 53.
Plal. 2.1. Testim.
Plal. 109
Hebr. 5.
Matth. 21.

9.

Ioan. 1.

Tui filius
genitura di
ci nō potest,
id tamen ex
Basil. non
colligitur.

10.

proprio vero spiratio nuncupatur. Sic expresse definitur in Symbolo Athanasij ab Ecclesia recepto, Spiritus sanctus à Patre & Filio non factus, nec creatus, nec genitus, sed procedens. Et in Symbolo Apostolorum, cum dicitur, Et in Iesum Christum Filium eius (scilicet Patris) unicum. Et in Niceno, cum Filius Dei vocatur unigenitus, quo pacto appellatur in Scriptura Ioan. 1. gloriam quasi unigeniti; & iterum, unigenitus, qui est in sinu Patris. Et Ioan. 4. ut Filium suum unigenitum daret, nam si Spiritus sancti procellio esset generatio, & ipse genitus, procul dubio Filius Dei non esset unigenitus.

Obijcies nomen Salomonem, qui Prouerb. 4. dicit se unigenitum matri suae, cum tamen habuerit alios fratres quos fuisse ex eodem etiam Patre Dauide optime conuincit Iansenius in locum cit. Prouerb. 4. nam & 1. Paralip. 3. dicitur, Porro in Hierusalem nati sunt ei (scilicet Dauidi) quatuor de Bersabee, qui quatuor dicuntur filij Dauidi. 2. Reg. 5. & ita fallitur Lyranus cum e illo Prouerb. 4. dicit, hos tres fuisse fratres Salomonis ex Patre Vria. Respondet Salomonem non dici unigenitum absolute matris suae, sed coram matre suae, quia ab ea diligebatur, ut unigenitus, quod attendentes 70. transferunt, dilectus in facie matris, cum ergo in hoc sensu non possit dici Filius Dei aeternus unigenitus, quia vnice diligatur à Patre, cum æque & Spiritus sanctus ametur, sequitur ea ratione unigenitum in Scriptura appellari, quia vere vnicus est Patri suo generatione productus, ergo Spiritus sanctus non est genitus. Definitur eadem veritas in Conc. Tolet. 1. quod à Leone 1. confirmatum est, in confell. fidei, & in Conc. Tolet. 11.

Sed cum ita omnibus Catholicis confessa res sit, magnanter eos veritatem controuersia in reddenda ratione huius doctrinae. Ratio vero dubij est, quia cum Spiritus sanctus procedat viuens à viuente principio coniuncto & denique in similitudinem naturae cum Patre, & Filio, quia habet eandem naturam cum eis: fieri videtur, ut eis processio sit generatio, sicut est filij productio. Referemus itaque diuersa placita Patrum, & Scholasticorum, & tandem, quid videatur nobis probabilis, subiiciemus.

CAPVT. III.

Cur Spiritus sancti processio non sit generatio, variant Patres,

Arianus Macedoniani, & Eunomiani, quo contra aequalitatem, & diuinitatem Spiritus sancti docuerunt, ut scribit Athanasius in Epistola de Spiritu sancto ad Serapionem à medio, hoc vtebantur argumento aduersus Catholicos, aut Spiritus sanctus procedit à solo Patre, & sic erit Filius Patris, & Frater Filij. Aut procedit à solo filio, & sic erit Filius filij & nepos Patris, aut ab utroque & uterque erit parens illius, cumque non possit uterque esse Pater, alter erit mater, alter Pater. Hanc vero rationem inde deducebant, quia cum Spiritus sanctus procedat in eadē natura, non minus debet esse genitus, quam filius: si autem genitus est, sequitur aliquod absurdum ex his, quae diximus, aut insignia est aliqua ratio diuersitatis inter utramque processionem. Abailardus, ut est apud Bernardum Epistol. 190. dicebat, Spiritus S. non esse de substantia Patris, ne esset illius filius, cōsubstantialē nihilominus patri esse dicebat, quod duo secum non cohaerēt, ut notauit Bernardus. 11. di. 1. Vasquez in 1. partem Tom. 11.

cat patrē, & Filium de substantia Spiritus procedere, quod nullus hactenus dixit. Quare inquit Bernardus necesse est, aut dicat de Patris, & Filij substantia esse Spiritum S. aut cum Ario fateatur à Patre, & Filio procedere, sed non esse consubstantialē illis. Nā si ab eis producit & est eiusdem substantia, profecto de substantia eorum erit.

Nihilominus nonnulli graues Ecclesiae Patres non sunt ausi rationem aliquam huius mysterii reddere, quare Spiritus sanctus non procedat unigenitus, sicut procedit verbum Nazian. 10. ait, de se posse esse. Theologia quae est in principio, ita inquit, Quare Nazian. itaque, quae haec est processio, quā tu rationem unigeniti Patris mihi explices, & ego vicissim tibi & filij generationem, velut naturae eius interpres expediam, Spiritus Processionem aperiam, ut ambo insiniamus Dei secreta rimantes. Damascenus etiam suam fatetur in hac reignorantiam cum primo de fide cap. 10. ait. Et quidem generationem, & processionem inter se differre competentem habemus, ceterum quid huius differentiae modus sit, prorsus nos fugit. Idem dicit Augustinus libr. contra Maxi. capite 14. ex Scholasticis vero Mag. in 1. distin. 13. Gregor. ibidem q. 1. Gabr. quaestione v. nica, Maior in primum q. 16. art. 2. vi difficultatis oppressi affitmant, nullam sufficientem rationem huius differentiae assignari posse: praesentaneumque putant esse remedium, haereticis non tam ratione, quam perpetua Ecclesiae traditione & Scripturae testimonijs respondere: quod sane Catholicis satis esset.

Verum enim vero, cum parati esse debeamus ad reddendam rationem eius, quae est, fidei, si id aliquo modo fieri potest, ut haereticorum ora obstruantur, aliqui etiā antiqui Patres conati sunt aliquas rationes huius diuersitatis afferre. Athanasius ergo loco allegato, postquā praemisit mysterium hoc non esse curiole scrutandum, siquidem Cherubin oppressi maiestate eius, alii suis facies suas velabant: & postquam ex Scriptura collegit, Filium Dei esse unigenitum, & unicum, subiungit. Sed tamen, nec taciturnitas nostra causam illius (scilicet haereticis) impudentiae praebeat, audiant & nobis vicissim: hanc ergo statim ipse reddit rationē respondens Macedonianorum obiectioni, quam superius adduximus. Inter homines, qui filius dicitur, alterius pater est: & qui pater, alterius filius est, & quisque filius habet in se partem patris ut & ipse generare, & alterius pater esse possit. At in Deo non ita contingit, Deus enim non habet diuisam naturam, & Pater non est diuisus, neque generat filium diuisum, ut ille rursus alium filium possit generare, quare, quia in diuinis filius non est pars Patris, ipse non gignit sicut genitus est, sed integer est integri Patris splendor, & imago. Hinc colligit in diuinis Patrem ita esse proprie Patrem, & Filium proprie filium, ut pater semper sit pater, hoc est nunquam sit filius, & filius semper sit filius, & nunquam pater.

Hac tamen ratio efficax non est, nam si filius aeternus accipiens à patre, non partem naturae, & effluat, substantiae, sed integram, & totā, rursus illam integre communicat Spiritui sancto, quē producit sibi simile, nihil deesse videtur, quo minus eū generare dicatur. Si enim filius in humanis accipiens partem naturae, quia partem etiā alteri comunicat & facit sibi similem in specie, dicitur ipsum generare, cur Filius Dei communicans totam suam naturam Spiritui sancto, non dicatur etiam ipsum gignere,

gignere: sicut Pater, quia communicat filio totam suam substantiam, ipsum dicitur generare, ut ita in diuinis filius non sit semper filius, sed Filij, & Patris rationem habeat? Certe ratio Athanasij nihil ob stare videtur: sed alia adhuc desideratur.

17. August. lib. 5. de Trinitate cap. 12. dixeram in-
 I Ratio Au- quire esse rationem processionis Filij, & Spiritus
 gust. non fa- sancti: vt hic non sit genitus, sicut ille: quia scilicet
 tis probat. verbum exiit a patre vt natum: Spiritus autem exiit
 a patre, & filio vt datum. Sed hac ratione non qui-
 escit intellectus. Cum enim inquirimus, quare fi-
 lius generetur in diuinis, non Spiritus sanctus,
 quareque etiam, quare filius procedat vt natus,
 non autem Spiritus sanctus: nam procedere vt
 natum, & vt filium, idem omnino est: huius ergo
 adhuc desideramus rationem.

2. *Ratio.* Deinde *g.* de Trinitate c. 12. aliam causam nullius diuersitatis esse putat, quia scilicet filius procedit per intellectum, Spiritus sanctus per voluntatem quare filius est verbum, & conceptus quidam, seu partus, at Spiritus sanctus non item; quoniam id, quod per intellectum producit, præcedit inquisitio quadam cum desiderio repertiendi, quæ autem reperiuntur, quasi parturiunt, ideo notitia per intellectum producta, partus seu proles dicitur, quia ante illius productionem intellectus quasi parturiebat, quod non conuenit a-mori, qui ex voluntate sine inquisitione procedit cum feratur in rem iam possessam. Verum hæc ratio infirma est, quoniam in Deo intellectus factus in rem intellectam, non minus sine inquisitione, & sine labore veluti parturiendi, quam voluntas in rem dilectam. Deinde etiam si in nobis verbum mæris dicitur partus quidam ob illam rationem, metaphorice tamen sic appellatur, cum reuera nec partus, nec filius, nec proles fit. Si ergo eadem ratione solum verbo diuino nomen tribueretur geniti & proli; metaphorice solum, & appropriatione quadam ei conueniret, quod est absurdum, superest ergo, vt rationem reddamus, cur productio verbi non solum dicatur, sed vere etiam sit generatio, & ipsum verbum vere sit genitum, & Filius.

Viti. Aug.
resp. p. 10.
 Demum idem Augustinus 15. lib. de Trinitate cap. 26. alio modo præterit respondet difficultati arg. quia in Deo verbum procedit ab vno, ideo est genitum, & Filius, sed quia Spiritus procedit à duobus, ideo nec genitum, nec filius est, nam qui procedit à duobus, vt filius & genitus, ab vno procedit sicut à patre, ab altero sicut à

Scotus.

pluralitas, & vnitas principij non variat naturam
actionis, quod sane ego verum existimarem, pro-
ptetio fit generatio, aut non sit: nam aliqui plu-
rimum referre pluralitatem suppositorum, vt Sy-
rius sancti procedat talis proprietatis, ostende-
mus contra eundem Scorum infra dispo-

Basil. l. contra Eunom. de Spiritu sancto c. 170.
ideo inquit, Spiritum sanctum non esse dicere
dum filium, ne in Trinitate sit filius filij, & ita
suspicionem veniamus, quod sint infiniti filij, &
in magna multitudo. Verum ego quærem
Basil. ut Spiritus sanctus reuera esse filius, vel non
si vere est filius, quæ causa esse potest, cur non
appelletur & potius dicatur non esse filius? aliud
enim verbis profiteri, aliud autem corde sentire,
subdolum est, si vero non est filius reddenda cau-
sa, ob quam verbum potius dicatur generari, &
filius Patris, quam Spiritus sanctus, auferatur
que hæreticis suspicionem, ne dicant in magna
multitudine esse filios in diuinis, non potest esse
causa, propter quam Spiritus sanctus reuera non
sit genitus, aut filius, sed si alicuius esset momen-
ti occurrere suspicioni, causa solum esse potest,
vno potius, quam alio modo loquendi. Verum
neque hoc modo quidquam obitare possit suspi-
cio, quo minus Spiritus sanctus diceretur Filius,
si reuera esset, vt supra monstratum est.

Bernardus Epistola illa 190. hoc modo refert Abailard obijcienti prædictam illam rationem, etiam si Spiritus sanctus fit de substantia patris, non propterea est filius illius, *ne enim, inquit, omne quod de substantia aliqua est, continetur in ea quod est, habet genitorem.* affert exemplum vermicis qui ex putredine ligni producentur, tinea, quæ de substantia panis prodit, pediculus & lepidium, qui ex carne, aut humore humano procedunt, & tamen non sunt filij. Sed, vi verum factum, solutio non plene satisfaciens, si arguamus hæretici hoc modo ipsam vergeamus. Non omne quod procedit de substantia alterius est filius illius, sed omne, quod procedit vivens, & a viuentis de substantia illius hoc est, a principio communi producente, & non tantum sicut a matre, est filius eius, à quo procedit: aut, de cetero aliquod non sit filius, & hoc modo procedit Spiritus autem sanctus hoc modo procedit: ergo est filius. Exempla vero Bernardi difficultatem non tollunt. Quia aut id, quod procedit, non est vivens, aut non procedit a viuentis, aut non a principio coniuncto, & de substantia viuentis, & principio.

Politemo ex Patribus Ricardus de sancto Vi-
ctore libro 6. de Trinitate cap. 18. §. 20. et
hanc assignat rationem: quia de ratione filij
esse imaginem, & figuram patris, qui in eo
ferunt attenditur, ut filius accipiat naturam a
patre cum eadem virtute, & potentia eam com-
municandi: quia ergo verbum in diuinis vi suae
processionis ita accipit naturam a patre, ut eam possit
Spiritus sancto communicare, est filius, & ge-
nitus: quia vero Spiritus sanctus non ita accipit
nec filius, nec genitus est, sed procedens. Hanc
rationem sequitur illud ex nostris Scholasticis
lex. i. par. quæst. 42. a. 2. §. 1. & m. 2. a. 2. de tertio
& Maior in 1. dist. 32. q. 1. & quia quidæ patres
de definitionis cap. i. huius disputationis allegerunt
Maior explicauit. Hæc quoque ratio militi ad pro-
batur, quia in filius sit imago, & figura patris

in oī hoc vera ratio filij attēdatur, vt c. 7. dicemus ratio tamen imaginis non cōfistit in eo, vt possit filius naturam suam alteri communicare, sicut pater: sed ratio imaginis, quae constituit veram rationem filij, saluari optime potest, absque fecunditate communicandi naturam suam alteri: quare non minus est filius, & imago patris, qui impotens est ad generandū, quam qui alium filium generare potest. Adde, quod si Spiritus sanctus produceret aliam personam, eodem modo non esset filius, & imago sicut nunc etiam non est. Demum si in humanis filius producit alium, per generationem illum producit: at in diuinis filius non producit alium per generationem ergo in modo produciendi filius in diuinis non est imago patris, sicut est in humanis.

Sed dices, saltem in diuinis filius habet fecunditatem produciendi aliam personam, & ei communicandi suam naturam, quod satis videtur, vt ipse sit filius, & imago patris. Respondeo, sicut in diuinis peculiare est filio, non generare alium filium, cum tamen in humanis vnus generet alium; cur non possit esse Spiritus sanctus filius, etiam si nullum alium produceret, ita vt hoc peculiare esset in diuinis? Haec tamen de rationibus patrū dixisse sufficiat. Nec mirum alicui videatur, si nulla eorum nobis probetur, & rationes Scholasticorum illis praefereamus; cum enim res haec iam sit ab Scholasticis multo magis examinata, & disputata, efficaciores multo ab eis adiunctae fuere rationes, quas seqq. capitibus expendemus.

CAPVT IV.

Rationes Bonauenturae, Durandi, Scoti,
Aegidij de eadem re.

Bonauen. in r. d. 13. q. 2. ad. 1. Ricard. d. 13. art. 1. q. 3. & Alex. r. p. q. 43. mem. 1. circa finem. Vt discrimen constituant inter processionem filij, & Spiritus sancti, cur vna potius, quam alia dicatur generatio, notant triplicem esse modum productionis, primum secundum voluntatem, secundum prae naturā, tertium secundum naturam. Primus modus fuit in creatione Adami, qui à Deo voluntate factus est. Secundus fuit in productione Euae, quae praeter naturam ex costa Adami formata fuit. Tertio modo productus fuit Abel ex Adamo, & Eua. Addunt deinde, generationem esse debere viuēti à viuente ordine naturae, nō voluntatis, aut praeter naturam. Hinc colligunt processionem filij esse generationem: quia est modo secundum naturam, cum sit per intellectum, & processionem Spiritus sancti generationem non esse: quia est per voluntatem, ac proinde non vi naturae, nec modo naturali.

Hanc rationem ex parte videtur sequutus Durandus in r. d. 6. q. 2. nūm. 16. & sequentibus, & ex parte rationem Augusti. quam ex 15. de Trinitate, cap. 27. paulo ante retulimus. Docet igitur Durandus, licet Filius & Spiritus sanctus procedant per modum naturae, si ad virtutem producentem referantur, eo quod vterque necessario procedit à principio ad vnam partem determinatam, & immutabili: si tamen comparentur cum suppositis, à quibus procedunt: filium quidem produci per modum naturae: at vero Spiritum sanctum per modum voluntatis. Cum ergo de ratione filij & geniti sit procedere per modum naturae, non per modum voluntatis, vt ipse Bonau. docuerat, in

r. dist. 4. quaest. 1. nū. 8. sit, vt processio filij sit generatio, non item Spiritus sancti. Modum autem naturae, & voluntatis, si cōsiderentur supposita producentia, sic explicat Durandus: vt procedere ab vno, & non à pluribus eiusdem ordinis, quorum quodlibet per se esset sufficiens, sit modus naturae: cum ergo filius procedat ab vno, procedit modo naturae, procedere autem per modum voluntatis, inquit, est, procedere à pluribus eiusdem gradus, & perfectionis, quorum quodlibet per se sufficiens esset, ad producendum effectum: tunc enim plures concurrunt ad eundem effectum voluntate solum, modificantes inuicem virtutem suam, producit ergo Spiritus sanctus per modum voluntatis, non naturae.

Sed haec ratio vtrius modo explicetur, non videtur amplectenda, primum, quia si modus ipse produciendi tam Spiritus sancti, quam filij est naturalis, hoc est, determinatus ad vnum, per modum naturae, & nullo modo voluntarius, hoc est, liber & indifferens: nihil ex hac parte deesse credendum est Spiritui sancto, quo minus Filius, & genitus esse dicatur. Quare longe diuersus est modus, quo procedit Spiritus sanctus per voluntatem, quam ille quo à Deo productus fuit Adamus, qui ita omnino liberè à Deo processit, vt si voluisset Deus, potuisset eum non producere: ex illo ergo modo non recte colligunt Bonauen. & Bonauen. alij, processionem Spiritus sancti non esse generationem: sicut non fuit Adami productio, quia Spiritus sanctus necessitate & immutabilitate naturae procedit.

Deinde contra Durand. arguitur sic, duo supposita conuenire ad producendum Spiritum sanctum, non probat similitudine seruata ex rebus humanis, processionem Spiritus sancti non esse per modum naturae, sed voluntatis: Primum, quia cum duo creata agentia perfecta conueniunt ad producendum eundem effectum, quem posset quodlibet illorum producere, ita liberè conueniunt, vt voluntariè, hoc est indifferenter: non naturaliter conuenire, & operari merito dicantur: at si conuentus eorum esset omnino naturalis, & necessarius, modus etiam operandi esset naturalis, sed ad producendum Spiritum sanctum concurrunt pater, & filius omnino naturaliter, & necessario: ergo potius modo naturali, quam voluntario, & indifferenter operantur. Tum etiam in sententia Durandi, vt duo dicantur producere eundem effectum per modum voluntatis, non naturae: necesse est vnumquodque illorum tale esse, vt totum effectum per se integrè valeat producere, sic enim dum simul duo cōueniunt, quasi voluntate aliqua propriā virtutem inuicem temperant & modificāt: at Spiritus sanctus ita producit à patre & filio, vt ab vnoquoque per se procedere non posset eiusdem proprietatis, & characteris, vt contra Scotum ostendimus infra disp. 15. 1. ergo modus produciendi ipsorum non assimilatur agentibus per voluntatem. Adhuc si ex eo tantum modus, quo Pater & Filius produciunt Spiritum sanctum, assimilatur modo agendi per voluntatem ea solum ratione, quia sunt duo supposita producentia, cum in reliquo verè sit modus naturalis: sequitur, Spiritum sanctum sola similitudine quadam non videri genitum, quia est à duobus, cum reuera genitus sit, quia à duobus modo naturali procedit.

C

Scotus

voluntas
differt se-
cundū Dur.
24.

Reijcitur
ratio horum
Doctorem.

Bonauen.

25.

Impugna-
tur Durand.

Impugnatur
2. ex suis
ipsis prin-
cipiis.

26.

Solutio Scoti vera, nisi probandum proponeret.

Scotus vero in primum distinct. 13. quæstione vnica §. *Ad quæstionem*, facile ab hac difficultate se expedit: dicit ergo, has processiones se ipsis differre, & ita productionem filij se ipsa formaliter, & natura sua esse generationem: processionem autem Spiritus Sancti se ipsa non esse generationem, sed ab ea distingui. Non agit Scotus de diff. reali tantum, quam alij merito dicunt sumendam esse ex oppositione, ut disputatione 149. probabitur; sed de distinctione quasi specifica, ob quam vna est generatio, alter non, & procedens per vnam est filius, per alteram vero non. Addit autem Agidius in primum distinct. 32. art. 2. has Processiones distingui formaliter ex terminis productis, quod quamvis verissimum sit, oporteret tamen assignare aliquam proprietatem in termino vnius, quæ non sit in termino alterius, ob quam vna potius, quam alia sit generatio, sicut etiam non satis est, respondere cum Scoto, has processiones se ipsis differre: sed explicare oportet, quæ sit ratio, ob quam vna se ipsa sit generatio, altera veranon.

Agidius.

CAPVT V.

Ratio Caietani, Ferrariensis, & aliorum Thomistarum.

Caietani ratio propo- nitur & explicatio.

27.

SANCTI Thomæ Discipuli proprius ad veram huius difficultatis solutionem accedunt, inter quos Caietanus, quem plures recentiores sequuntur, hanc reddit rationem, cur verbum generetur, & sit filius, non item Spiritus sanctus: nimirum quia processio verbi est per intellectum, quod autem procedit per intellectum ex vi suæ processionis producit simile principio producenti; ac Spiritus Sanctus procedit per voluntatem; quod autem per voluntatem procedit, ex vi suæ processionis non producit simile principio producenti, cum ergo definitioni generationis, quæ supra exposita est addenda sit pars hæc, *Ex vi suæ productionis*, sit ut verbi productio, non item Spiritus Sancti, sit generatio. Porro autem particulam illam addendam esse definitioni manifestum est; nam quamvis aliquid procedat viuens à viuentem in similitudinem naturæ, si tamen hanc similitudinem non habeat ex vi suæ productionis, sed aliunde, illud non dicitur generari, atqui Spiritus Sanctus etiam si procedat similis in natura, id non habet ex vi suæ productionis, sed aliunde, quia scilicet productio eius, quæ est per voluntatem, est in tali subiecto; ergo Spiritus Sanctus non generatur. Filij autem productio, non solum quia est in tali subiecto, sed quia est per intellectum, producit simile; est igitur generatio. Hanc rationem attingit S. Thomas in hac quæstione art. 4. tamen si expressè non addat illam partem, *Ex vi suæ processionis*, nec dicat definitioni generationis addendam esse.

S. Thom.

Caietan.

28.

Sed ut hanc diuersitatem inter processionem per intellectum, & voluntatem explicet amplius Caietan. & ostendat, id quod in Deo procedit per amorem, non procedere simul ex vi processionis, notat infra q. 25. art. 2. amorem in vniuersum bifariam contrahi posse, ut sit talis, vel talis amor, vno modo per differentias intrinsecas, hoc est, específicas, & formales intra genus amoris; altero modo per differentias extraneas, quæ sunt extra genus illius. Quemadmodum color priori modo contrahitur per differentiam albi & nigri; poste-

riori modo per differentiam naturalis, & extrinsecas, quæ ex ipsis subiectis sumuntur. Amor ergo priori illo modo contrahitur per differentias amoris amicitie, & concupiscentie: posteriori autem modo contrahitur per differentias talis subiecti, aut etiam obiecti; quare amorem esse diuinum, aut esse de Deo, ut obiecto, inquit procedente ex differentia aliqua extranea non formali, & intrinseca. Hinc colligit discrimen inter processionem verbi & Spiritus sancti, quia verbum, cum procedat per intellectum, ex vi suæ processionis intra genus illius procedit simile, & imago Patris: intellectio enim intra genus suum hoc habet proprium, ut producat simile principio producenti: at vero amor intra genus amoris, etiam contrahitur per proprias differentias, nunquam producit simile, si autem quatenus diuinus est, producit simile in eadem natura, nempe Spiritum sanctum: id habet, non ex proprio genere, nec ex propria differentia intrinseca, sed ex differentia extranea, scilicet ex subiecto; esse namque diuinum, non est differentia intrinseca & propria, sed extranea. Eodem doctrina explicat Caiet. q. 35. art. 2. propositionem hanc, *Spiritus sanctus ex vi suæ processionis procedit, ut amor diuinus*. Aut enim sensus est, Spiritus sanctus procedit, ut amor diuinus, hoc est, ut Deus ex vi suæ processionis, & est falsus, quia non procedit ut Deus; ex vi processionis intra genus processionis, sed datione solum differentie extraneæ, quæ provenit à subiecto. Aut sensus est, Spiritus sanctus ex vi processionis procedit ut amor diuinus, hoc est, ipse est proprius differentia, & hoc est verus. Eodem pacto interpretatur illam propositionem, quam habet S. Doctor in eo art. in fine: *Quamvis hoc* (nempe procedere simile principio producenti) *conueniat amori, qui est Spiritus sanctus, in quantum est diuinus*, ut hoc tantum sit verum ratione extraneæ differentie, non propriæ, & intrinsecæ.

Eodem spectare videtur doctrina Ferrariensis, contrag. c. 11. qui ait intellectionem & amorem dupliciter posse considerari, aut quatenus diuiduntur, & determinantur per creatum, & increatum, quæ sunt extra rationem, & genus intellectionis, & amoris, & idem extraneæ differentie dicuntur à Caietan. aut quatenus diuiduntur per perfectum & perfectissimum, quæ sunt per se & propriæ differentie harum operationum. Quoniam ergo verbum diuinum, ex vi intellectionis, quæ procedit, nascitur simile in natura, non quidem quatenus intellectio est, quia sic non producit in eadem natura ut constat: nec solum quatenus diuina est, sic enim etiam ex amore quatenus diuinus est spiritus procedit in eadem natura, sed ex intellectione, quatenus perfectissima est, non considerando, an sit diuina ideo est filius, & eius processio generatio. Nam si intellectio producit simile principio, quatenus intellectio est; illa quæ est perfectissima, producit simile perfectissime; simile autem perfectissime est in eadem natura. Contra vero amor, non solum ut amor in vniuersum: sed etiam ut perfectissimus in genere amoris, non producit simile in eadem natura, quia cum amor non producat simile principio amandi, nec perfectissimus amor producat perfectissime simile, solum igitur amor, quatenus diuinus est, hoc est, in tali subiecto, quod per se non pertinet ad genus amoris, producit simile, quod

quod satis non est ad rationem generationis, hæc enim ex vi sua propria intra genus suum producere simile in natura principio producendi.

CAPVT. VI.

Resolvitur ratio præcedens.

Ratio prædicta Caietani, & Ferrarii. licet primo aspectu subtilis videatur, penitus tamen considerata parum momenti habet, eam fuisse impugnata Canariensis in articulum secundum huius quæst. p. 4. commentarij, & nos etiam nonnullis alijs rationibus confutabimus. Primum quidem ego non video, cur ille pars, *Ex vi sue processionis*, addenda sit definitioni generationis, quando sine illa optime explicatur natura generationis & genti. Nam si aliquid procedat vivens à vivente in similitudinem naturæ, ut Eva processit ab Adamo, propter generationem non procedit, quia illa pars, *A principio coniuncta*, ei non convenit; si tamen illa etiam conveniret, ut à nobis in r. c. explicata est: tota definitio, & natura generationis ei quadraret. Denique quidquid procedit simile in natura viventi à vivente, & à principio coniuncto, non potest non procedere tale, non ex accidenti, sed vi ipsius productionis & generationis, & ita non potest non vere generari, & esse filius, frustra ergo addunt partem illam, *Ex vi processionis*, tantum ut verbis videantur sibi vim argumentatoriam eludere, siquidem omne illud, quod in creatis ex accidenti, & aliunde, quam ex vi processionis producit simile viventi, sufficienter excludi potest à ratione genti aliqua alia parte definitionis: cumque ex creaturis videantur desumpta prædicta definitio: eodem modo (seclusis tantum imperfectionibus) Deo est accommodanda, ut c. r. notavimus, nec nova aliqua pars addenda: quare si propter solam difficultatem; quæ in divinis prædicta habet definitio sequendo modum Philosophandi Caietani, & aliorum; additur illa pars, quam in humanis non erat necesse addere, videtur sane effugium hoc excogitatum & inutile.

Sed age, addamus illam partem, *ex vi processionis*, & probemus adhuc assignatam rationem non esse sufficientem, ut processio Spiritus Sancti non sit generatio hoc pacto. Vel filius procedit similis, in natura ex vi processionis, quatenus est per intellectum, aut quatenus est per talem intellectum non quatenus per intellectum: sic enim omnis processio per intellectum esset generatio, ergo quatenus est per talem intellectum; cum ergo additur illa pars, *Ex vi processionis*, non de processione per intellectum, quæ verbum procedit, scilicet de intellectu: sed si ita loquamur de processione Spiritus sancti, eodem modo procedit similis in natura ex vi talis processionis, nempe per divinam voluntatem, ergo Spiritus sanctus non minus erit genitus, quam filius.

Respondent aliqui, hoc habere peculiare processionem verbi, quod per eam, quatenus est processio per intellectum universæ, procedit simile principio, sed quatenus est per intellectum, procedit similis in natura: at vero Spiritus sanctus utrumque habet, & quod procedat similis, & quod procedat in eadē natura ex vi talis processionis, & neutrum habet ex vi talis processionis per voluntatem,

tem, quatenus voluntas est. Sed hoc frivolum est, quia pars illa, *Ex vi processionis*, ita additur definitioni, & ad totam refertur, ut significet, totum illud quod est esse simile in natura, provenire rei genitæ ex vi processionis, quæ procedit non aliunde: quare si totum non convenit Filio Dei nisi ratione talis generationis, parum refert, si ei convenia procedere similem ex vi processionis per intellectum, ut potius ei quadraret generationis definitio, quam Spiritui sancto: & satis videtur ut Spiritui sancto conveniat, si ei convenit utrumque scilicet procedere similem, & in natura ex vi talis processionis. Quare omnia hac solutione, ad Caietani, & Ferrariensis doctrinam veniamus.

Est autem nobis probandum contra Caietani, processionem tam per voluntatem, quam per intellectum divinum secundum suam rationem specificam propriam, & intrinsecam intra gentis processionis, procedere aliquid simile in eadem natura: hoc autem sic ostenditur. Primum amor in universum tam amicitia, quam cōcapientia optime dividitur per creatum, & increatum, quæ duo plus differunt, quam duæ differentia sub eodem genere; differunt enim Analogicè, quia in nullo vniuerse conveniunt, quare amor creatus, & increatus sub his rationibus essentialiter primo differunt: neque creatum accedit amoris nostro, neque increatum amoris divino: creatus igitur amor intra suum genus usque ad ultimam speciem semper est essentialiter accedens, & ob id semper ex vi sua in proprio genere, & natura producit accedens, & similitudinem tantum representationis, non similitudinem in eadem natura cum principio: quocirca per illum intra proprium genus nunquam procedit filius, aut aliquid propriè genitum. At amor divinus est in alio genere omnino diverso, scilicet in genere increati: omnia enim, quæ Deo conveniunt & creaturis, plusquam genere differunt, eius autem natura intra propriam genus est, esse increatum, non pendens ab alio, non accidentiū, sed substantiale, ut ita velle Dei ex propria ratione habeat esse substantiam, & idem sit cum ipso esse Dei, licet nostro modo cōcipiatur, ut affectio substantia illius, ergo ex vi propriæ naturæ, & specificæ differentia habet, producere simile in natura, quia est substantialis amor.

Secundò, hæc est propositio in quarto modo dicendi per se, *Amor divinus producit Deum*, ergo hoc convenit illi ex vi principij, non ex subiecto, in quo recipitur, quæ ex accidenti, sicut per se est calori calefacere, at vero indurare, non est per se, sed ex accidenti provenit ratione subiecti. Quis enim dicat accidentariū esse, & non per se convenire amoris divino ex natura sua, producere Deum: sed id provenire illi ex accidenti ratione subiecti præsertim quia amor divinus non operatur in natura divina, ut in subiecto, sicut calor in ferro, sed ita operatur in natura divina, ut ab ea habeat vim producendi Spiritum sanctum; vel quia voluntas suapte natura idem est cum natura divina, vel quia licet à nobis, ut affectio naturæ concipiatur; intelligitur tamen secunda virtute illius, ut principij primarij, ad producendum Deum in eadem natura. Quare ita ponitur principium proximum voluntas nostro modo concipiendi modificata relatione, sicut disputat. 164. dicemus, ut ipsa substantia etiam modificata sit primarium, & præcipuum,

33-
Ratione
differentia
intrinsece
processionis
procedere
spiritum
sanctum, ut
Dei essen-
tialiter.

34-

Idem pro-
batur sa-
cundo.

puum, virtute cuius exeat persona in eadem numero: est ergo per se Spiritui sancto, procedere similem in eadem natura, quatenus ad principium suæ productionis refertur, ac proinde processio eius, ut est à tali principio, per se habet producere simile: non ergo per extraneam differentiam, & accidentaria, sed intra genus proprium, id habet.

Secundo probatur. Tertiò, tametsi intellectio in quocumque intellectu producat similitudinem representationis rei intellectæ, & principij intelligendi; tamen in genere creati nunquam producit simile in natura substantiali: ideoque nulla intellectio in eo genere est generatio, sed illa solù intellectio, quæ est diuina, & in genere increati: hæc enim est substantia, & esse ipsius intelligentis, sicut amor increatus est esse ipsius amantis, vel ergo esse diuinum est intrinseca differentia non propria intellectiois in suo genere, vel propria & intrinseca: si extrinseca, sicut dixit Caietanus de amore; ergo quod procedit in Deo ex vi intellectiois diuinæ, in proprio genere, & ex propria differentia non procedit genitum; sed ratione subiecti, & extraneæ differentie, vel ergo utraque persona non est genita, vel utraque genita esse debet. Si vero esse diuinum est propria, & intrinseca differentia intellectiois, erit etiam amoris; & ita utraque persona eodem modo procedit similis ex vi talis processiois: utraque igitur erit eodem modo genita. Accedit quod S. Thomas art. 2. huius questionis inde probat, verbum in diuinis procedere in eadem natura, quia procedit per intellectioem, & intellectio Dei est esse ipsius Dei. Et in solut. 2. eiusdem art. ait, ideo verbum in nobis non procedere simile intelligenti, in natura substantiali, quia intelligere in nobis non est substantia & esse intelligentis: in Deo autem ideo procedere simile producenti in eadem natura, quia est substantia, & esse ipsius Dei intelligentis, quibus verbis procul dubio assignant propriam, & intrinsecam differentiam diuinæ intellectiois, ex qua provenit, ut producat simile principio producenti in natura substantiali, sed idem prorsus eodem modo dicere possumus de amore; nempe in nobis per illum non procedere aliquid simile in natura substantiali, quia est ipsa substantia, & esse Dei non aliter quam intellectio, per illum procedere simile in eadem natura; est ergo eadem omnino ratio intellectiois diuinæ, & amoris.

Confirmatur ex S. Thom. Alij nouum effugium verbis solum cõstitutum excogitarunt, cum reuera nihil diuersum à Caietano dicant: asserunt ergo, discrimen esse inter voluntatem increatam, & intellectum increatum: quod voluntas etiam quatenus increata, & diuina est, ex proprio genere, & propria veluti differentia, quam dicunt esse diuinam, & increatam, non producit simile in substantia, sed quatenus in natura diuina operatur, ratione cuius, quæ in ea producuntur, sunt sicut cum ea, cum nihil extraneum secum admittit, possit intellectus increatus, quatenus increatus est, ex propria differentia producit simile in natura substantiali, quia, quatenus increatus est, videtur ipsamet essentia diuina, ut specie intelligibili, & principio intelligendi: quod sane principium, nisi in subiecto, in quo operatur, sit impedimentum, ut est in creaturis beatis, postulat producere sibi simile in natura substantiali: atque idcirco in Deo hoc peculiare

habet intellectio, quatenus talis est, ex proprio genere; ut producat simile, non item amor, nisi ratione subiecti. Ecce isti rursus incidunt in Caietani distinctionem, iam satis à nobis impugnatam. Nam quamuis fateantur creatum, & increatum, diuinum, & humanum esse differentias per se intellectus & voluntatis; illud tamen, quod est esse in natura diuina, putant esse extraneum, ratione cuius, non autem ratione propriæ differentie amoris diuini affirmant, Spiritum sanctum procedere similem in eadem natura, quod meo iudicio iam satis impugnatum est.

Sed eos demum virgæmus primum hac ratione: amorem esse diuinum, ita est per se differentia amoris Dei, sicut esse increatum: diuinum autem dicimus, non quia sit, in natura diuina solum, ut in subiecto, sed quia sit ab ea, ut a principio dilectionis: nec enim dilectio est à nuda voluntate, nisi quatenus voluntas est in natura diuina, & intellectio eius nostro modo intelligendi, & ab ea fecundatur ad diligendum, & producendum Deum in eadem natura, vel quatenus res ipsa est idem cum essentia diuina, eandem cum ea fecunditatem habens: ergo in Deo dilectio ex suo principio, & non solum ex subiecto, producit simile, sicut intellectio: quare amorem esse increatum, idem est, atque esse diuinum, hoc est, à natura diuina, ut à principio fecundante voluntatem; esse ergo in diuina natura hoc modo, est per differentiam amoris, sicut esse increatum, ac proinde ratione propriæ differentie præcisæ, non ratione subiecti per amorem in Deo procedit Deus similis in natura.

Deinde Spiritus sanctus ita procedit per voluntatem patris & filij, ut procedat à filio sicut à verbo intellecto, quemadmodum in nobis verbum, vel intellectus est principium amoris, nisi quod in Deo verbum suum non tantum concurrat ut obiectum, nec tantum ut res dilecta (quamuis non concurrat ut finis) sed etiam, ut principium producat, & mutuo etiam diligens petrem, à quo per intellectioem processit; quatenus autem et verbo Deo procedit Spiritus sanctus, producat similis: ergo in principio suo proprio exit similis in eadem natura, & dilectio, quæ producat, et eodem principio habet producere similem; sicut si in nobis res intellecta, quæ est substantia, concurreret, tanquam principium producat ad producendum amorem; ut ex vi sua exiret substantia sine dubio procedens ex vi processiois in propria specie produceretur similis. Hos autem fæssissimos auctores, quod intelligerent Spiritum sanctum tantum ratione nature diuinæ, tanquam subiectum procedere similem in eadem natura, cum tamen reuera non tantum rationem subiecti, sed etiam rationem principij natura diuina habeat, ut probatum est. Et hæc contra Caiet.

Adde etiam, quod tam in processione per intellectum, quam in processione per voluntatem æquæ habenda est ratio subiecti, vel nature, in qua procedit id, quod producat: quia etiam in intellectu, id, quod procedit, producat simile in natura: cum producat per operationem inmanentem: per hanc autem non potest aliquid intra Deum procedere, quod sit accidens, aut substantia alterius nature: hoc autem non obest, quominus processio per intellectum sit generatio, ergo neque obitare debet, quo minus id, quod per

*Recentiorum
effugium,
verbis non
re à Caiet.
sententia
diuersum.*

voluntatem procedit, sic etiam genitum.

Sed adhuc respondent, hoc esse discrimen inter id, quod procedit per intellectum, & id quod per voluntatem producit, quod procedens per intellectum, ex vi proximi principij procedit simile in natura; proximum enim principium est essentia diuina, ut obiectum, quod cum intellectu, si in subiecto non inueniatur impedimentum, producit simile in natura; essentia autem diuina, non sic comparatur cum eo, quod procedit per voluntatem, sed tanquam remotum principium. Idcirco tamen differentia nullius momenti est; nam siue id, quod procedit, procedat simile est natura virtute principij remoti fecundantis etiam proximum, siue ex natura virtute proximi principij, parum referre videtur, ut id, quod procedit, dicatur genitum, nec vllus Scholasticus haecenus aliud postulauit ad rationem generationis, quam ut id, quod procedit simile in natura ex vi sui principij coniuncti, & non aliunde ex accidenti remotum autem principium coniunctum est. Accedit, quod proximum principium productionis per intellectum, quod est essentia diuina non producit simile in natura tantum, quia est proximum principium per modum obiecti, sed quia est idem de re cum intellectu ipsumque fecundat per identitatem: nam in beatis est principium proximum, & tamen non producit simile, quia non est idem cum intellectu: cur ergo non sufficiat voluntas in Deo esse idem cum essentia, & ab ea fecundari ad producendum simile in natura, ut dicatur generare sicut dicitur intellectus.

Iam vero contra Ferrariensem nullo negotio agere possumus, cum enim dicit, per intellectum in proprio genere, quatenus perfectissima est, produci simile in natura; per dilectionem vero, etiam perfectissimam non item; aut perfectissimam, intelligit intra genus creati sola intentione, aut alio modo perfectionis accidentariae, aut intelligit perfectissimam, hoc est, increatam & infinitam in genere entis, sicut est essentia diuina, si priori modo loquatur, non solum per amorem perfectissimam non producit simile in natura substantiali; verum neque per intellectum, quia nulla creata intellectio, aut amor est substantia, & esse ipsius operantis, sed accedens; & ita omne, quod per illas operationes procedit, est etiam accedens, non substantia: si vero posteriori modo intelligat perfectissimam operationem, quatenus videlicet est perfectissima per essentiam, & increata; incidit plane in sententiam Caietani, aut facillime impugnari potest, quia tam Spiritus sanctus in Deo, quam verbum, quatenus procedit per operationem infinitam secundum essentiam, hoc est, diuinam & increatam, procedit similis in natura substantiali; uterque igitur eodem modo generatur, aut neuter. Nullum sane effugium manet Ferrariensi, nisi quod Caiet. comminiscitur de differentijs proprijs, & extraneis, quod satis superque a nobis praclusum est.

CAPUT VII.

Varatio, cur verbi processio sit generatio, non item processio Spiritus sancti.

Multo facilius, & verior est ratio assignata à Canariensi in comment. art. 2. huius quæst. ob quam processio verbi sit generatio, non autem

processio Spiritus sancti: quia scilicet verbum non solum vi suæ processionis procedit simile in natura, hoc est eisdem cum patre natura, sed etiam ut imago patris, at Spiritus procedit quidem ut similis in natura patri & filio, à quibus procedit, sed non, ut imago illorum. Nam partem illam definitionis, in similitudinem naturæ, putat intelligendam non de similitudine, quæ ex vnitæ naturæ provenit, sed de similitudine, quæ est imago; neque enim quævis similitudo est imago eius, cuius est similitudo. Sic vero intellecta illa parte, recte omnia constat, nec opus est addere aliam, quam Thomistæ ob illas Caiet. & Ferrar. magis subtiles, quæ veras distinctiones addendam esse existimant, nempe, ex vi productionis, sed cuiusque conuenit definitio generationis allata c. r. verè erit filius & genitus, illudque habebit vi suæ processionis, & modi procedendi etiam peculiari, non aliunde.

In huius sententiæ, & rationis confirmationem duo nobis probanda sunt. Vnum est, & de ratione filij quatenus filius est, non solum esse produci similem in natura, sed etiam ut imaginem producentis. Alterum est, in Deo solum verbum esse imaginem eius, à quo procedit; hinc enim optimè inferitur, solam verbi processionem esse generationem, & ipsum verbum solum esse filium. Ex his autem duobus, quod posterius est, monstrabitur ex processu infra disput. 146. quare in presenti solum illud prius probandum superest; id autem colligitur ex patribus. Primum ex Athan. in Epist. de decretis Nicenæ synodi parum ante medium, ubi de filio sic loquitur, si cum imaginem nomines, filium hoc ipso eum esse indicaueris, quid enim simile Deo, nisi sua ipsius progenies? sentit ergo solo nomine imaginis exprimi proprietatem filij, quare cum dicit, quid enim simile Deo, &c. non loquitur de similitudine, quæ solū fundatur in vnitæ naturæ, aut qualitatibus: sic enim Spiritus sanctus est similis, ac proinde ratio Athanasii nihil probaret, sed loquitur de similitudine, quæ est propria imaginis, de qua in illa disp. 145. dicemus. Et Nazian. orat. 4. de Theologia quæ est 6. in ordine, sic ait, Breuis & compendiosa facillimè paterne naturæ declaratio est filius. Omne enim quod genitum est, genitoris suum tacita quadam voce desinit, ac proinde paulò inferius ait rectè dici λόγον, Logon. Nam, & λόγος definitio dicitur. Ricard. etiā de S. Victore lib. 6. de Trinit. c. 19. 20. & 21. asserit ideo Spiritum sanctum non esse filium, quia non est imago patris: putat ergo de ratione filij esse imaginem patris, tamen ipse explicet rationem imaginis, quam inquit in filio reperi, non in Spiritu sancto, alio modo, quam nos; ille namque eo dicit filium esse imaginem patris, quia accipit ita ab eo naturam, ut eam rursus alteri communicare possit; nos verò in eo esse dicemus rationem imaginis, ut verè patrem repræsentet, quæ nullo modo conuenit Spiritui sancto, ut in ea disp. 145. c. 5. ostendimus. Deinde Anselm. in Monologio c. 11. do 33. eandem videtur rationem secutus, proponit enim prædictam difficultatem his verbis. Quid ex-

li generatio est, quia procedit per eam verbum, ut imago patris.

41.

Athan.

42.

Anselm. In quo consideratio imaginis.

filio

filio procedere intelligitur, non statim tam perspicuam exhibet se contemplanti eius, ex quo est, similitudinem, quamuis ipsum considerata ratio doceat, omnino id ipsum esse, quod, & pater, & filius, quod nihil clarius pro nostra sententia dici potuit.

Filius non est imago intellectus patris, sed patris.

Sed notandum est, cum dicit Ansel. idēd verbum esse filium & prolem genitam, quia contemplanti mox se offert, ut imago non loqui de intellectu vidente clare Deum, quasi filius intellectui intuenti Deum, sicut est, sit imago, ut enim disp. 145. dicemus soli patri filius est imago: hoc est solus pater in eo, ut in imagine se ipsum contemplantur, loquitur ergo Anselm. de quouis intellectu viatoris, qui eo ipso, quod cognoscit verbum diuinum esse imaginem patris perspicuam, intelligit esse verē filium & genitum: non tamen, quia intelligat esse eiusdem naturæ, siquidem fatemur & Spiritū sanctum esse eiusdem naturæ cum patre, sed quia intelligimus ipsum non esse similitudinem patris, hoc est imaginem, dicimus non esse filium. Vbi Anselm. nomine similitudinis, quam negat Spiritui sancto, non intelligit eam, quæ ex unitate naturæ resultat, & quæ tres personæ, & æquales, & similes esse dicuntur; sed eam, quæ est imaginis & representationis: alia enim esse nequit. Quo autem differat similitudo, quæ ex sola unitate naturæ oritur, & imago dicemus disp. citata: neque enim animus est ordinem S. Thom. pervertere, sed qui volet pleniorē huius rei notitiā habere, legat quæ in ea disp. scribemus, nunc satis sit, ut notum omnibus supponere, non esse idem imaginem & similitudine fundatam in unitate naturæ.

Vera sent. probatur ex S. Thom.

Accedit S. Thom. qui contra gent. c. 1. primum probat, filium Dei esse imaginem producentis, deinde esse in eadem natura, & hinc colligit esse filium: reddit autem rationem his verb. Non enim sic esse imaginem alicuius, ut eiusdem naturæ cum illo sit, in aliquo inuenitur, qui filius dici non possit. Et aliquibus interpositis, Hac est autem vera generationis ratio in rebus viuētib. quod id, quod generatur a generante procedat, ut similitudo ipsius, & eiusdem naturæ cum ipso. Vbi non tantum dicit esse de ratione filij produci eiusdem naturæ, sed etiam produci ut similitudinem: intelligit plane per similitudinem imaginem, non solam naturæ unitatem: nam præter hanc postulat etiam rationem similitudinis, ut sit aliquis filius: nec oppositum dixit eodem lib. cap. 19. non longe à fine cum reddit rationem cur Spiritus sanctus non procedat ut genitus, imo id ipsum expressit his verb. Cum autem ostensum sit, quod amatum in amante non est secundum similitudinem speciei, sicut intellectum in intelligente, omne autem, quod procedit ab altero per modum geniti, procedit secundum multitudinem speciei a generante, relinquitur, quod processus rei ad hoc, quod sit in voluntate, non sit per modum generationis, sicut processus rei ad hoc, quod sit in intellectu, habet rationem generationis. Cum loquitur de similitudine speciei, non loquitur de unitate naturæ, sed de specie & similitudine representationis: alioquin falsum diceret intellectum in intelligente esse secundum similitudinem speciei, amatum vero in amante non item.

Ratione idem probatur. Pater non est imago filii, quia

Ratione vero probatur, filium ex sua propria ratione esse imaginem patris, nam in creaturis, ex quibus hæc omnia usurpata sunt, & extensa ad significandum diuinā, omnis filius est imago patris, quod aded verum est, ut etiam in æquiuocis

generationibus, qualis est muli, reperitur: quilibet enim filius præfert imaginem aliquam patris, ut ex eo bene cognitio patris etiam cognoscatur, & quamuis pater representet filium, hoc est, faciat cognoscere filium: tamē non est imago illius, quia imago est similitudo originem habens ab eo, quem representat, ut loco citat. dicemus, cum autem de ratione imaginis etiam esse dicatur similitudo producta ad representandum id a quo procedit, pars illa definitionis, ad representandum producta, ita debet intelligi, ut vel ex intentione expressa artificis sicut apparet in imaginibus depictis, siue ex modo ipso producti, sicut in imagine naturali cōtingit hoc sine similitudo producta, ut representet. Dicitur autem eo fine & intentione naturæ produci, quoties talis procedit vi suæ processiois, ut eo ipso representet eum, a quo procedit: filius ergo est similitudo substantialis patris ad representandum producta. Quo circa eo magis, aut minus perfectus filius sui patris aliquis esse dicitur, non quo perfectior, aut minus perfectus homo est; sed quod magis aut minus ipsum patrem representat. Ideoque cum aliquis parū patrem suum representat (nam nullus est, qui non aliquo modo ipsum imitetur) dicere solemus, eum non esse filium sui patris, & cum magis matrem, quam patrem representat, dicimus magis esse filium matris, quam patris, nomen enim filius non significat substantiam, sed relationem ad patrem, seu matrem, quæ fundamentū habet in similitudine producta ad representandum; quare non crescit perfectio filiationis ex perfectione substantiæ, sed ex perfectione similitudinis representantis. Itaque si in definitione generationis à nobis allata cap. 1. huius disp. pars illa in similitudinem naturæ, intelligatur eo modo, ut diximus, hoc est, in imaginem substantialem eiusdem naturæ, nihil difficultatis habebit, et eaque optime colligemus verbum in dignis solum generari, & esse filium, at Spiritum sanctum non item. Supererat probare, solam verbum diuinum esse veram patris imaginem, Spiritum autem sanctum nullo modo, neque ex vi processiois per voluntatem in genere, nec ex vi talis voluntatis, nec aliunde, sed ne ordinem inuertamus S. Tho. disp. 146. id demonstrandum est.

CAPVT VIII.

Diluantur argumenta contra hanc posteriorem rationem.

Superest, ut quædam argumenta diluamus, quæ contra hanc sententiā Cananien. fieri possunt, ut ipsa magis explicata & confirmata maneat. Primum argumentum: Si fingamus (quod impossibile est) nullum esse impossibile intellectum habitum, aut angelicum, qui per equum productum verbi causa, tanquam per imaginem ductam possit in noticiam genitoris: nihilominus equus genitus ab equo verē esset illius filius, ergo in creaturis non est aliquis ex eo filius, quod alicuius intellectus representare possit patrem suum, partem autem refert, quod sit intellectus Dei, nam respectu illius nullus filius creatus dicitur imago, quod quidem Deus non agnoscit patrem creatum per filium, cum ergo ratio formalis filij saluatur, etiam si nullus intellectus esse possit, & ablati intellectu hoc modo, necessario tollatur ratio line-

ginis: consequitur rationem imaginis, & filij non esse omnino eandem.

Respondeo rationem imaginis, quæ in humanis vere filium constituit, non esse actuale illi ordinem seu relationem imaginis ad intellectum potentem per unum alium cognoscere, sed quasi fundamentum huius respectus, hoc est, rem productam talis esse naturæ & proprietatis, ut nata sit ducere in cognitionem producentis, si sit intellectus, qui cognoscere possit, & hæc est radix representationis. Habemus autem in diuinis appositissimum huius rei exemplum, nam donum ita constituitur proprietas Spiritus sancti, ut eo dicatur donum, quo est Spiritus: at vero donum præter respectum quem habet ad principium, à quo procedit per voluntatem, habet alium ad creaturas eodem nomine connotatum, quibus donari potest; qui sane est rationis, & formaliter non potest pertinere ad proprietatem personalem; tum quia est relatio rationis; tum etiam quia est ad creaturas, quæ licet non essent possibiles, nihilominus Spiritus sanctus suam in se proprietatem personalem habet. Est ergo proprietas personalis Spiritus sancti fundamentum illius respectus, hoc est, taliter à patre & filio procedit, ut se aptus sit donari creaturis, si sint possibiles: sic etiam in creaturis proprietatem filij, & geniti non constituitur in respectu actuali imaginis ad intellectum, cui repræsentat; sed in fundamento huius respectus, quia ergo Spiritus sanctus nec formaliter, nec fundamentaliter (ut aiunt) habet hanc rationem imaginis, nullo modo est filius. Porro Filius æternus non est imago patris, quia natus sit repræsentare suum genitorem intellectui creato, sed patri suo, ut dicitur, illa dicemus, cui non solum potest repræsentare, sed necessario semper repræsentat.

Secundum argumentum. Prius est Filium esse similem patri in natura, hoc est, eiusdem cum ipso naturæ, quam esse illius imaginem, hoc est, quam ipsum repræsentare: ergo prius est filius, quam sit imago, ex eo solū, quod similis est in natura cum genitore. Respondeo in humanis ex eo solum dici aliquem filium, quod habeat eandem naturam animalis cum producente, quia in hoc solum est fundamentum relationis imaginis, in quo sufficienter saluatur ratio filij. Nam ex sola similitudine naturæ producti cum procedente, si sit intellectus cui repræsentare possit, nascitur ratio formalis imaginis, at in Deo sola similitudo naturæ producti cum producente non constituit rationem filij, quia hæc sola similitudo non est sufficiens fundamentum relationis imaginis; hæc enim in Deo non resultat ex sola naturæ identitate, sed ex illa, & proprietate personali, quæ nata est repræsentare; hæc autem est proprietas verbi. quatenus est per intellectum. Idem enim patri verbum repræsentat; non quia habet eandem naturam cum illo, sic enim, & Spiritus sanctus repræsentaret, sed quia est eiusdem naturæ, eamque habet coniunctam cum verbi proprietate producti per intellectum. Hinc fit, ut verbum diuinum eo habeat esse verbum, quia procedit per intellectum; Spiritus vero non fit filius, quia producit per voluntatem; nam quod per voluntatem procedit, etiam si habeat eandem naturam cum producente non procedit, ut imago vilo modo, quod vero per intellectum; verè, ut imago producitur.

Vazquez in 1. partem Tom. II.

Tertium argumentum. Ut aliquid sit imago, 3. Argum. debet esse similitudo expressa cum intentione repræsentandi: hæc autem intentio non est necessaria ex aliqua voluntate ipsius exprimentis, sed ex solo modo naturali producendi, talis autem intentio naturæ ex eo solum cõsetur adesse, quod effectus producitur eiusdem naturæ cum producente, ergo hæc ratione etiam Spiritus sanctus esset filius. Verum hoc argumentum, si alicuius momenti est, probat etiam Spiritum sanctum fore imaginem producentis, quia eo ipso, quod exprimitur eiusdem naturæ, producitur cum intentione repræsentandi, in quo consistit vera ratio imaginis, at hoc nec aduersarij concedent, cum hæc sit proprietas solius filij, ut loco citato ostendimus, Soluitur 2. ergo nec probat argumentum illud, quod contendebant. Sed nihilominus respondeo, sicut supra dixi, intentionem, qua similitudo debet exprimi ad repræsentandum, esse aliquando in ipso modo operandi naturæ, sed hic non attenditur in eo solum, ut producat similem in natura, sed cum tali etiam proprietate, ut natus sit repræsentare genitorem: hoc autem non habet Spiritus sanctus, etiam si exeat similis in natura, quia non accipit naturam cum ea proprietate, cum qua repræsentare possit. Quo modo autem filius ita accipiat naturam, ut repræsentat, & sit imago, non autem Spiritus sanctus, disput. illa 145. differendum est.

Postremo, filius in brutis animantibus non videtur alio fine à natura produci, quam, ut conseruetur in illis propagatio, quo appetitu feruntur omnia agentia; de repræsentatione autem nihil curat animal generans ipsa vi suæ naturæ; nihilominus animal genitum est verè filius, ergo de ratione filij non est imago. At frivolum cerè est argumentum, & ex antea dictis facile dissolvitur. Quando enim dicimus, filium produci cum intentione repræsentandi genitorem, non loquimur de alia intentione, quam ipsius naturæ: hæc autem attenditur ex modo operandi, & quia animal generans ipsa generatione non minus per animal à se genitum repræsentatur, quam in eo conseruetur species; ideo utraque intentione naturæ dicitur produci. Nam sicut dicitur animal gigni intentione seruandi naturam, quia reuera accipit naturam propagatam, & consequenter illam conseruat; sic etiam dicitur ad repræsentandum produci, quia reuera accipit naturam, ut genitorem repræsentet. Fateor multa produci sola intentione conseruandi naturam, non repræsentandi genitorem; ea tamen sunt, in quibus non est imago, qualia sunt non viuientia, ut disput. 145. dicemus; sed in quibus est imago vera, & ratio filij, ut in animalibus, absque dubio cum ea intentione naturæ res producit. Adde, quod prædictum argumentum, siquid habet momenti, probat etiam in brutis nullum filium esse imaginem patris; quod si in brutis non est, neque in hominibus erit, quando sola intentione propagandi naturam eodem modo producit filius, sed solum quando homo expressa intentione voluntatis ad repræsentandum generat, quod est absurdum; aut si in hominibus sola naturali intentione repræsentationis fit generatio; cur etiam non fiet in brutis, in quibus per filium eodem modo, atque inter homines, pater cognoscitur?

Soluitur 1.

Soluitur 2.

Uti, argum.

502

Soluitur.

Multa sunt natura sine intentione repræsentandi.

D

QUESTIO

QVÆSTIO XXVIII.

De relationibus diuinis, quæ est secunda pars
principalis huius materie.

DEinde considerandum est de relationibus diuinis. Et circa hoc quæruntur quatuor.

58.
S. Thom.

Cum personæ diuinæ relationibus distinguantur & constituantur, ut communis sententia adstruit, merito S. Thom. postquam probauit esse duas emanationes, ac proinde tres personas in vna natura: iam de relationibus disserit, ut personarum proprietates nobis explicet.

ARTICVLVS I.

Utrum in Deo sint aliquæ relationes reales.

165.
d. 29. q. 2.
a. 1. Et d. 33.
a. 1. Et cont.
q. 4. cont.
14. cor. 3. 1.
Et po. q. 2. a.
cor. q. 8.
a. 1. Et op. 3.
cap. 53.

AD primum sic proceditur. Videtur quod in Deo non sint aliquæ relationes reales: Dicit enim Boethius in libro de Trinitate, quod cum quis prædicamenta in Diuinam vertit prædicationem, cuncta mutantur in substantiam quæ prædicari possunt: aliquid vero omnino non potest prædicari. Sed quicquid est realiter in Deo, de ipso prædicari potest. Ergo relatio non est realiter in Deo.

In medio
lib. de Trin.
cir. finem 1.
de Tri.

2. Præterea. Dicit Boeth. in eodem lib. quod similis est relatio in Trinit. Patris ad Filium, & vtriusque ad Spiritum sanctum ut eius, quod est idem, ad id, quod est idem. Sed huiusmodi relatio est rationis tantum: quia omnis relatio realis exigit duo extrema realiter. Ergo relationes quæ ponuntur in diuinis, non sunt reales rationes, sed rationis tantum.

3. Præterea. Relatio paternitatis est relatio principij. Sed cum dicitur, Deus est principium creaturarum, non importatur aliqua relatio realis, sed rationis tantum. Ergo nec paternitas in diuinis est relatio realis. Et eadem ratione nec aliæ relationes quæ ponuntur ibi.

4. Præterea. Generatio in diuinis est secundum intelligibilis verbi processionem. Sed relationes quæ consequuntur operationem intellectus, sunt relationes rationis. Ergo paternitas, & Filiatio quæ dicuntur in Diuinis secundum generationem, sunt relationes rationis tantum.

Sed contra est, quod Pater non dicitur nisi à paternitate, & filius à filiatione: si igitur paternitas, & filiatione non sunt in Deo realiter, sequitur quod Deus non sit realiter Pater aut Filius, sed secundum rationem intelligentiæ tantum, quod est hæresis Sabelliana.

ARTIC. I.

Respondeo dicendum, quod relationes quædam sunt in diuinis realiter. Ad cuius euidenciam considerandum est, quod solum in his quæ dicuntur ad aliquid, inueniuntur aliqua secundum rationem tantum, & non secundum rem. Quod non est in alijs generibus: quia alia genera (ut quantitas & qualitas) secundum propriam rationem significant aliquid alicui inhaerens. Ea vero quæ dicuntur ad aliquid, significant secundum propriam rationem solum respectum ad aliud. Qui quidem respectus aliquando est in ipsa natura rerum, utpote quando aliquæ res secundum suam naturam ad inuicem ordinate sunt, & inuicem inclinationem habent. Et huiusmodi relationes oportet esse reales. Sicut in corpore graui est inclinatio, & ordo ad locum medium. Vnde respectus quidam est in ipso graui respectu loci medij: & similiter est de alijs huiusmodi. Aliquando vero respectus significatus per ea quæ dicuntur ad aliquid, est tantum in ipsa apprehensione rationis conferentis vnum alteri: & tunc est relatio rationis tantum. Sicut cum comparat ratio hominem animali, ut speciem ad genus. Cum autem aliquid procedit à principio eiusdem naturæ, necesse est, quod ambo, scilicet procedens, & id à quo procedit, in eodem ordine conueniant, & sic oportet, quod habeant reales respectus ad inuicem. Cum igitur processionem in diuinis sunt in idem ratione naturæ, ut ostensum est, necesse est, quod relationes, quæ secundum processionem diuinis accipiuntur, sint relationes reales.

Ad primum ergo dicendum, quod ad aliquid dicitur omnino non prædicari in Deo secundum propriam rationem eius, quod dicitur aliquid, inquantum scilicet, propria ratio eius, quod ad aliquid dicitur, non accipitur per comparisonem ad illud cui inest relatio, sed per respectum ad alterum: non autem per hoc excludere voluit, quod relatio non esset in Deo, sed quod non prædicaretur per modum inherentiæ secundum propriam relationis rationem, sed magis per modum ad aliud se habentis.

Ad secundum dicendum, quod relatio, quæ importatur per hoc nomen idem est relatio rationis tantum: si accipiat simpliciter idem: quia huiusmodi relatio non potest consistere, nisi in quodam ordine, quam ratio ab inuenit alicuius ad secundum aliquem eius duas considerationes. Secus autem

est, cum dicuntur aliqua eadem esse non in numero, sed in natura generis, siue speciei. Boet. igitur relationes quæ sunt in diuinis, assimilantur relationi identitatis: non quantum ad omnia, sed quantum ad hoc solum, quod per huiusmodi relationes non diuersificatur substantia, sicut nec per relationem identitatis.

Ad tertium dicendum, quod cum creatura procedat à Deo in diuersitate naturæ, Deus est extra ordinem totius creaturæ, nec ex eius natura est eius habitudo ad creaturas. Non enim producit creaturas ex necessitate suæ naturæ, sed per intellectum, & per voluntatem, ut supra dictum est. Et ideo in Deo non est realis relatio ad creaturas, sed in creaturis est realis relatio ad Deum: quia creaturæ continentur sub ordine diuino, & in earum natura est, quod dependant à Deo. Sed processiones diuinæ sunt in eadem natura. Vnde non est similis ratio.

Ad quartum dicendum est, quod relationes quæ consequuntur solam operationem intellectus, in ipsis rebus intellectis sunt relationes rationis tantum: quia scilicet eas ratio adinuenit inter duas res intellectas. Sed relationes quæ consequuntur operationem intellectus, quæ sunt inter verbum intellectus procedens, & illud à quo procedit, non sunt relationes rationis tantum, sed rei, quia, & ipse intellectus, & ratio est quædam res: & comparatur realiter ad id, quod procedit intelligibiliter: sicut res corporaliter ad id, quod procedit corporaliter. Et sic paternitas, & filiatio sunt relationes reales in diuinis.

Conclusio est affirmans. Circa mentem S. Thomæ in hoc articulo aliqua sunt observatione digna, quæ sequenti disputat. notanda sunt. Alia vero multa, quæ notat Canariensis in commentario huius articuli circa argumentum. Sed contra, prætermitto, quod tali argumento frequenter vitatur S. Thomas more solito, ut quæstionem propositam reddat difficilem ex utraque parte, nec doctrina articuli eo semper nitatur, etiam si ipsi nihil respondeat. Illud enim solum dissoluit, quando ita reddit dubiam quæstionem, ut etiam definitioni quam adhibet in corpore articuli, aliquo modo aduerferetur. Nihilominus ea tanquam optima ratione ad comprobendam Catholicam doctrinam paucis solum additis, quæ supponere videtur S. Thom. vtremur disputat, sequenti, cap. i.

Vazquez in 1. partem Tom. II.

DISPUTATIO CXIV.

An diuinæ relationes sint reales secundum esse ad.

Opinio Caietani, & Canariensis, cap. 1.

Tam relatio creatæ realis quam diuina includit in sua ratione peculiari ad reale, cap. 2.

Respondetur argumentis Caietani, cap. 3.

CAP. I.

Opinio Caietani, & Canariensis.

Ad Catholicos confessa res est, relationes diuinæ verè esse reales, non assistentes Deo, sed intrinsecas. Definitur autem in Concil. Lateranen. sub Innocent. III. & refertur in ea. *Fi- miter, de summa Trinitate, & fide Catholica, cum dicitur, Hæc Sancta Trinitas secundum communem essentiam indiuidua, & secundum proprietates personales discreta. Est enim proprietates personalis relatio. Et in Concil. Tolet. II. confessione fidei dicitur, In relatu vero personarum nominibus Pater ad filium, & filius ad patrem, & Spiritus sanctus ad utrumque refertur.* Id etiam latius ostendimus disput. 158. dicunt autem S. Thom. art. sequenti, Alex. I. p. q. 68. m. 3. artic. 6. §. 3. Bonau. in I. d. 13. q. 2. & alij Scholastici, Gilbertum Porretanum Episcop. Pictauensem in eo errore fuisse, ut assereret, diuinæ relationes tantum esse Deo assistentes, & veluti extrinsecas. Hic tamen author, ut disput. 126. referemus, nunquam dixit, has relationes esse Deo extrinsecas, sed ab essentia Dei se ipsa differre, quod quæ ratione damnatum sit, ibidem ostendimus. Neque vero Alex. loco citato excusare contendit Gilbertum ab errore, ut summaria conclusio illius indicat, sed Boethium, & alios Catholicos, qui relationes solum Deo assistentes, & extrinsecas videntur concedere, de quibus c. 3. dicendum est. Ratione etiam Theologica ex fidei principiis manifestè probatur, relationes debere esse intrinsecas, & realiter adherentes Deo: quia si in Deo solum esset extrinseca quædam denominatio relatiua, non possent personæ relationibus multiplicari, & distinguui, ac proinde nec alia via, ut disputatione citata monstrabimus: incideremus ergo in sententiam Sabellij, qui vnā tantum in Deo personam ferebatur, quæ sanè videtur ratio S. Thom. in argumento. *Sed contra.* Quomodo vero præter has relationes originis, quas in Deo dicimus esse reales inter personas diuinæ, non sint alie in eo relationes ad creaturas, diximus quæst. 13. art. 7. & disput. 105. cap. ult.

Cæterum, cum in omni relatione creatæ, & intrinsecas in diuina, nostra cogitatione duas rationes distinguamus, alteram, quam vocant, *in*, alteram, *ad*, quia relatio, & est in subiecto ut forma illius, & refert id, in quo est, ad aliquem terminum, controuersum est inter Scholasticos, utrum relatio diuina secundum utramque rationem sit realis, an solum secundum rationem illam priorem, Caietanus, & Canariensis in hunc articulum affirmant rationem *ad*, prædicamentum etiam realis præcisam à ratione *in*, formaliter non esse realem, sed communem & abstractam à reali & rationis: ea nihilominus sufficienter distinguunt prædicamentum reale relationis ab alijs prædicamentis absolutis rebus. Probant in primis testimonio S. Thomæ art. sequenti, ubi ait, hoc peculiare esse prædicamentum.

D 2

camen-

Relationes diuinæ esse reales, definitum est Conc. Lat.

Id non negat Gilbertus, ut quidam voluerunt. S. Thom. Alex. Bonauent.

Probatur relationes esse intrinsecas Deo.

Sabellij.

Caiet. Canar.

Probatur.